

 Mis en ligne par Elen Buzaré,  le 1 juin 2015 (dernière m.a.j. : 27 février 2018)



L.V.P.A. e. V. - Latinitati Vivae Provehendae Associatio:

Ecce quam bonum! numerus Scholarum Latinitatis Vivae in Polonia continue crescit. Scholae Hiemali Wratislaviensi, quae sub auspiciis nostris mense Martio acta est, interfuere plus quam 80 participes! praeter illam scholam etiam aliae mox instituentur:

1. Quadriduum Latinum (4-7 m. Iunii), Catoviciis, hic plura invenietis: <https://www.facebook.com/events/647277992073888/>
2. Schola Aestiva Latinitatis Vivae Posnaniensis (duarum septimanarum) - mense Iulio aut Augusto (terminus nondum constitutus est).
3. Probabile mense Maio etiam Schola Cracoviensis - apud Iesuitas, in Collegio Ignatiano.

Futuro anno autem Schola Aestiva UNIUS MENSIS instituetur Wratislaviae. Inter hanc scholam etiam conventus didacticus habebitur.

Num repetere possimus id, quod proavi nostri dicere solebant? "Polonus sum, Latine loquor"?